Theriaca fit ex viperis, præsentissimum contra venena remedium, 99, 2 et seqq.
Thesaurus vocatur, quidquid amatur et magni fit, 196, 2. thesaurus defossus spectat ad dominum agri, 333, 1. thesaurus absconditus quem in parabola attulit Christus, quos repræsentet, *ibid.*, 2.
Thomas idem est quod geminus, 257, 1. S. Thomas Apostolus post Christi resurrectionem tres Magos convertit, 72, 2.
S. Thomas Aquinas studiose cavebat feminas, 165, 2.
Thomæ Mori lepidum de sua parva uxore responsum, 422, 1, 2. a patre sene benedictionem petiit, 425, 1.
Tori mensales quales essent, 551, 2.
Thus Christo quasi Deo obtulere Magi, 81, 1. thuris quod etymon, *ibid.* denotat orationem, 2.
Tibicines cur in funere adhiberentur, 248, 1, 2.
Timæus Pythagoricus in rebus naturæ erat versatissimus, 704, 2.
Timon Atheniensis mania et melancholia laborabat, 289, 1.
Timor quorum sit, et non sit, 650, 2. timor gehennæ vincit equuleos, 273, 1, 2.
Titulos singulis Evangeliis præfixit Ecclesia, 48, 1. titulus crucis Christi habet nomem *notzeri* scriptum per *tsade*, 92, 1. scriptus a Romanis ministris parum curantibus et peritis, an Christus diceretur Nazarenus per *tsade*, an per *zain*, 2. qualis esset, 623, 1, 2. fuit elogium ejus, Deo sic Pilati manum dirigente, *ibid.* eum nemo Evangelistarum perfecte et plene exprimit, 2. exstat Romæ in basilica Crucis in Jerusalem, *ibid.* scriptus est triplici lingua, 624, 1.
Titi Imp. facilitas et comitas, 424, 2. agnovit se Dei ope Jerusalem expugnasse, quod is Judæis iratus esset, 507, 1, 2.
Tolerantia injuriæ melior quam vindicta : hæc subinde præcepti, subinde consilii, 171, 1.
Tonitru semper miscetur cum fulgure, et ejus est causa, etsi post fulgur audiatur, 111, 2. est id visum audiri Christo baptizato a Joanne, *ibid.*
Tonsura sacerdotum refert coronam Christi, 611, 1, 2.
Tophet quis locus juxta Jerusalem, 162, 1, 2.
Torcular vineæ quid denotet, 470, 1.
Tormentorum metu multi a fide defecere, 504, 1.
Torpor et paralysis quæ differant, 249, 1.
Traditionum auctoritas necessaria est, 48, 1. traditionum tria sunt genera, divinæ, ecclesiasticæ, civiles : ultimæ sunt vel bonæ, vel malæ et pharisaicæ, 351, 2. et hæ a Domino sugillantur, 350, 2. Ecclesiasticæ non sunt abdicandæ, 350, 1. nec divinæ, 2.
Traducere quid sit, 67, 1.
Trajani Imp. comitas et facilitas, 424, 2.
Transanimatio Pythagorica, 864, 1, 2. ea non credebatur Pharisæis, *ibid.*
Transfiguratio Christi, ejus velut regnum fuit, 378, 2. in ea fuit repræsentata SS. Trinitas, 389, 1. cur eam ad sex dies Dominus distulerit, 380, 1. et tres ad hoc assumpserit Apostolos, 386, 2. primum in monte oravit, 382, 1. cur facta sit in monte, et quo monte, 381, 1 et seqq. quomodo sit peracta, 382, 2 et seqq. non fuit phantastica, *ibid.* an mane, an nocte contigerit, 388, 2. Christus in ea non ostendit Apostolis suam divinitatem, nec mutavit vultus formam, essentiam, naturam ; sed assumpsit ingentem splendorem quasi divinum, qui in vultu et toto corpore resplenduit, 382, 2. quo die et anno, et cur sit transfiguratus, 383, 1 et seqq. idque stans, 384, 2. fulgor vestimentorum ejus, *ibid.* et seqq. cur ei tunc apparuerint Moyses et Elias, 385, 1, 2. cur Apostoli tres timuerint, 389, 2. totius transfigurationis ordo et succincta narratio, 390, 1, cur de ea Christus suos loqui vetet, 390, 2.
Transfiguratus est Christus quater, et quomodo, 384, 1 et seqq.
Transire calicem passionis a se, quomodo petat Christus in horto, 570, 2.
Triangulari figura ostenditur veritas corporis Christi in Eucharistia, 556, 1.
Tribulatio pro Christo libenter toleranda, 277, 1. est generoso animo excipienda, 574, 1.
Tribulus est genus spinæ, 212, 1.
Tribunal triplex Hebræorum erat, 161, 1.
Tribus in Israel an essent duodecim an tredecim. 434, 2.
Tributum quod Romani Judæis indixerint, 395, 2. justumne id an injustum fuerit, 477, 1. cur id Christus solvit pro se solo et Petro, 396, 1 et seqq.
Triduum Christi in sepulcro quomodo sit computandum, 312, 1 et seqq.
Trigesimum ante ætatis annum Judæo non licebat munia doctoris aut sacerdotis obire, 94, 1.
SS. Trinitas in lege veteri tenuiter fuit adumbrata, in Evangelio aperte designata, 4, 2; 24, 1. in ea sunt tres personæ, una deitas, 24, 2. ejus symbolum fuit familia S. Josephi cum B. Virgine, 64. 1. revelata fuit in Christi baptismo, 113, 1. ejus mysterium rudibus Apostolis sensim patefaciendum erat, 294, 1. ea fuit repræsentata in baptismo et transfiguratione Christi, 389, 1. ejus mysterium Christus clare expressit in baptismi forma, 657, 2. ejus opera ad extra sunt indivisa, 658, 1.
Trisagion revelatum fuit a puero rapto in aera, 466, 1.
Tristitia animorum tormentum crudele, 242, 1, 2. tristitia Christi in horto vera fuit, 567, 1. fuit non solum in appetitu sensitivo, sed etiam in voluntate, et quæ ejus causæ, 2 et seqq. quæ causæ finales et morales, 568, 1. fuit voluntaria, non naturalis aut involuntaria, *ibid.* 570, 1, 2. tristatus est usque ad mortem, 569, 1.
Triumviri Apostolorum sunt tres, 258, 1.
Tsade littera Hebræa semper transfertur per S, 91, 2.
Tuba præibat ducendos ad supplicium, 613, 1.
Tunica est vestis interior, 173, 1. tunica Christi inconsutilis qualis esset; ea Treviris servatur, 622, 2. tunicas duas gestare Apostolos vetat Christus : quomodo hoc intelligendum, 262, 1.
Turbam cur ejecerit Christus puellam vitæ restituturus, 249, 1. qua intentione Christum turbæ sequerentur, 134, 2. quomodo eæ pedestres potuerint sequi Christum navigantem, 341, 1. cur eas in vesperum usque detinuit, 2. earum ardor Christum per triduum sequentium, 358, 1.
Turcis quatenus resistere debeamus contra Lutherum, 189, 1. Turcæ bibituri vinum superstitiosa religio, 352, 1, 2.
Turris vineæ quid et quos denotet mystice, 470, 2.
Tutilimenus ob exactum perjurium vapulat graviter, 169, 1.
Tyranni et veri domini differentia, 452, 1.
Tyrus est urbs munitissima Phœniciæ, 291, 1

U.

Unctio cur Palæstinis usitata ; est symbolum lætitiæ et hilaritatis, 195, 2; 545, 1. unctio mystica quæ sit, *ibid.* unctio qua Apostoli ægros ungebant, non erat sacramentalis, 688, 1. sed ejus præludium et typus, *ibid.*
Undecim dicuntur Apostoli, etsi unus abesset, 718, 1.

Unguentum in usu erat apud Judæos et Orientales, 545, 1. unguenti Magdalenæ præstantia, 545, 2.
Urbs in monte posita symbolum est Ecclesiæ et sacerdotum, 155, 1, 2. urbium magnificentia caduca est, et brevi peritura, 501, 2.
Urceus quod genus vasis sit, 693, 1.
Ursæ quadragenarium jejunium, 118, 1. ursi hieme non comedunt, 119, 1.
Usuras Judæi permissas sibi putabant, 532, 1, 2.
Uxorem adulteram resipiscentem non tenetur admittere in gratiam maritus, sed in aliis criminibus tenetur, 167, 1. uxorem aliam, dimissa priore ob adulterium ducens, mœchatur, secus ac sentiunt Græci ac moderni hæretici, 420, 2. uxorem non licet dimittere, nisi ob fornicationem, quid significet, *ibid.* at insontem dimittere nefas, 421, 1, 2. ipsa, adulterante marito, alteri nubere non potest, eo vivo, 422, 1. quis uxorem propter nomen Christi relinquere dicatur, 435, 1. uxor mystica justi est sapientia ; peccatoris, stultitia, 414, 1, 2. uxor Ducis cujusdam Veneti in summis nutrita deliciis, vivens computruit, 354, 2. uxor S. Petri quomodo dicta sit : facta est martyr, 228, 1. uxor Pilati mittit ad maritum pro liberando Jesu, 603, 1. somnium ejus a quo ei immissum, *ibid.* an salvata sit, 2. dicta est Claudia Procula, *ibid.* an virum converterit, 604, 1.

V.

Væ quibus Christus intentat, sunt rei culpæ mortalis, et gehennæ addicendi, 491, 1.
Vah est interjectio irridentis, insultantis, exprobrantis, 624, 2.
Valentinianus senior negotiis ecclesiasticis se ingerere noluit, 430, 1. at junior Arianis favens, eo in genere ab Ambrosio sugillatus est, *ibid.*
Valentinus hæreticus censuit Christum per B. Virginem quasi per canalem transiisse, 67, 2.
Vallis Ennom describitur, 163, 1, 2. vallis Josaphat immediate adjacet urbi Jerusalem, 457, 1.
Vanitas regnorum et honorum mundi, 612, 1.
Vas per templi atrium extimum ferri vetuit Christus, 706, 1.
Velle idem quod Deus vult, summa perfectio est, 179, 1.
Velum templi erat duplex, 633, 1. quod sit scissum, moriente Christo, *ibid.* et quæ scissionis hujus sit causa litteralis, mystica et allegorica, *ibid.* et seqq.
Vendebantur olim a creditore, debitoris uxor et filii, 414, 1, 2. vendere sua et dare pauperibus non est præceptum, sed consilium, 427, 2. vendentes templo Christus ejecit postridie diei Palmarum, 464, 1. idque duas ob causas, 2. et quidem secundo eos ejecit, *ibid.* cur nemo ei restiterit, 465, 1.
Venditionis Christi pretium, 547, 2 et seqq. quæ sit mystica Christi venditio, 548, 1. venditio Josephi fuit typus venditionis Christi, *ibid.*
Venetiæ quomodo coaluerint, 666, 2.
Veneti summa religione S. Marcum colunt, 665, 1.
Ventilabrum tritici est vannus; eo denotatur judicium Christi, 105, 2.
Venti symbolum sunt tentationum diabolicarum, 217, 1.
Verbera quot Christo in flagellatione fuerint inflicta, 607, 1.
Verbum Dei cum fructu audiens, legens, meditans, tesseram habet suæ prædestinationis, 8, 1. ejus et seminis analogiæ, 323, 1 et seqq. est id austeritate servandum, *ibid.* verbo quo, et quomodo vivant fideles, 141, 1. verba sunt prout est effectus, 308, 2. de omni verbo otioso reddenda ratio in die judicii, *ibid.* verba nostra ad Dei honorem tendere debent, 310, 1, 2. otiosa verba qualiter cavere possimus, *ibid.* verba prout erunt, ita justificabimur, aut condemnabimur, *ibid.* verba omnia, quæ in calicis consecratione proferuntur, legitimam habent auctoritatem, 558, 2. septem verba Christi in cruce, 631, 1. Verbum incarnatum stuporis est materia, 68, 1. id in carne humana latens, est ceu margarita in concha, 334, 1.
Verba apud Hebræos actum nunc inchoatum, nunc continuatum, nunc perfectum significant, 25, 1. verba in *Hitpael* iis sunt passivæ significationis, aut actionis reflexæ, ut idem sit patiens qui agens, 632, 1. verba reflexæ, u activa sæpe inchoationem et conatum tantum significant, non actum perfectum, 714, 1.
Veritas in aquila denotatur, 512, 1
Vermes infernales terribiles sunt, 700, 2.
Veronica sudarium Christo exhibet ut faciem sudore et sanguine madentem abstergeret, quod ab eo recepit cum impressa ejusdem effigie, 614, 2. mortua est in Gallia, *ibid.* non fuit mulier hæmorrhoissa, 684, 3.
Versiones originales Orientalis linguæ clare Petrum et petram idem esse innuunt, 367, 2.
Vespasianus quomodo ad imperium venerit, 503, 2. habitus fuit a nonnullis pro Messia, 509, 1.
Vespera sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, quomodo intelligatur, 643, 1 et seqq. vesperam Hebræi vocant noctem, 644, 1.
Vestem unam auferenti quomodo danda sit altera, 173, 1. vestium vanitas et inanitas, 201, 2. vestium asperitas commendatur, 284, 1. vestes Judæorum quales essent; eas scindebant in facto vel audita blasphemia, 585, 2. tres tantum vestes habuit Christus, scilicet subuculam, tunicam et pallium extimum, 262, 1; 623, 1. ejus vestes in transfiguratione fuere albæ et fulgidæ, 384, 2 et seq. cur veste alba Herodes Christum induerit, 602, 1. quid vestis alba symbolice designet, *ibid.* quid vestis candida angeli in sepulcro Domini apparentis innuat, 649, 2 et seq. vestis nuptialis denotat charitatem et vitæ sanctitatem, 475, 2. quæ sint vestes ovinæ quas induunt lupi Ecclesiam vastantes, 211, 1.
Vestigia genuum Christi sunt impressa petræ, in qua oravit in horto, 570, 1. item juxta torrentem Cedron in imo vallis Josaphat, *ibid.*
Via ad perditionem et salutem est in hac vita, 210, 1. via, in quam cadit projectum semen, quid sit, et quorum corda repræsentet, 319, 2; 324, 1. via Salaria Romæ unde sit dicta, 153, 1, 2. viæ in quas Apostoli egressi sunt, quid designent, 475, 2.
Victimæ prius olim elevabantur, deinde cremabantur : id aptatur Christo in crucem elevato, 618, 1, 2.
Victor Antiochenus peculiariter in Marcum scripsit, 667, 2.
Victoriæ matronæ Africanæ magnanimitas in tormentis, 276, 2.
S. Victoria carnalem fratrem, quia gentilem, agnoscere renuens, solos Christianos fratres suos esse dixit, 317, 1, 2.
Victorianus, proconsul Carthag., quibus verbis se in tormentis animarit, 273, 2.
Videre homini desiderabile est, 455, 2.
Viduæ cur sint ad dandum promiores, 491, 2.
Vigilandum est semper cuique, 522, 2. quia dies mortis est incerta, 528, 2.
Vigilantius docebat melius esse divitias retinere ad faciendas eleemosynas, quam eas simul relinquere, 429, 2
Vigilias in quatuor Romani et Judæi noctem et diem di videbant, 344, 1 ; 442, 2
S. Vincentius Ferrerius vetabat suos pecuniam oblatam in via accipere, 260, 1. suos tamen habebat procuratores, 261, 2
S. Vincentius et Pontianus Martyres in tormentis mirae lætitiam præ se tulerunt, 620, 2.
Vindicta Dei in reprobos per procellas et fulmina aperte exprimitur, 216, 1.
Vinea cuique excolenda quæ sit, 470, 2.
Vinum vetus optimum, 335, 2. vini non erat usus ante diluvium, 343, 2. id dabatur reis ad mortem damnatis, 616, 1 ; 629, 2. cur.

Viperæ morsus quam noxius, 99, 1. an sit matricida, *ibid.* viperæ etymon, *ibid.* fœtus ejus rumpit secundinas. 2. viperæ amant vinum, et sunt effusæ in libidinem, *ibid.* vorant scorpios, *ibid.* multis medentur morbis dempto veneno, 100, 1.
Vir cur adeo appetat mulierem, 419, 1. vir lagenam aquæ bajulans est alius ab eo in cujus domo comestus est agnus paschalis, 551, 1. viri insignes a puero electi, 425, 1.
Virga tria denotat, 263, 1, 2. et qualem suis vetet Christus, *ibid.* permittit virgam viatoriam, *ibid.* virga amicitiæ tessera est, *ibid.* notat potestatem Apostolorum, 2. virgis olim cædebantur pœnitentes, 131, 1.
Virgilius de Christo a Sibylla dicta, Asinii Pollionis filio adaptat, 53, 1.
Virginitas Deiparæ fuit angelica, 63, 2.
Virgo quædam oculos sibi eruit, quo amasii importunitatem retunderet, 167, 1. virgines sunt angelis similes, 481, 2 et seqq. virgines quinque fatuæ et quinque prudentes quos denotent, 525, 2.
Virtutis via initio est arcta, sed sensim dilatatur, 210, 1. virtus invicta vincit omnia, 216, 1. oppressa tandem triumphat, 273, 1, 2. nisi sit voluntaria, non est virtus, 352, 1. difficultatem quæ in ea consistit, superare nos docet Christus agonizans in horto, 569, 1. virtus quæque tres habet gradus, 490, 2. virtus publicata cito exterminatur, 196, 1. atque ideo maxime celanda est, 221, 1. virtus faciendi miracula indita a Verbo humanitati Christi, erat qualitas moralis, puta virtus instrumentaria, 685, 1. virtutes decem orationi sunt necessariæ, 357, 1. quæ virtutes in Eucharistiæ sumptione exerceantur, 560, 2. quæ virtutes cœlorum movendæ sint, 513, 2 et seqq.
Vim vi repellere licet, 171, 1. vim facimus regno Dei, quo sensu, 286, 1, 2.
Visio Dei summa est beatitudo, 148, 2. ejus privatio ingens damnatis est cruciatus, 537, 2. visio rerum supernaturalium animum et oculos intuentium concutit, 653, 2.
Visus hominis potest a Deo confortari, ut videat etiam remotissima objecta, 125, 1, 2. visus feminæ quam sit illecebrosus, 165, 2.
Vita nostra permiscetur lætis et tristibus, 84, 1. vita corporis exponenda discrimini et perdenda, ut vita animæ habeatur, 277, 1. qui ita perdet eam, illam inveniet in cœlo, *ibid.* 2 et seqq. vita præsens tempus est merendi, 537, 2. vita Christi succincte per annos digesta, 16, 1. tota ejus vita fuit beneficentia, 694, 2. vita sancta inchoanda a lacrymis et pœnitentia, 107, 2. vita Christiani est continua persecutio et crux, 89, 1, 2. vita æterna variis rebus corporeis in Evangelio repræsentatur, 26, 1. ejus nomine omne bonum designatur, 540, 2.
S. Vitalis martyrio coronatus, quod Ursicinum in morte nutantem confortasset, 279, 1 et seqq.
Vitalium alapa quidam percutiens, et sinistre judicans, a dæmone correptus est, nec liberari ab eo potuit, nisi in cella Vitalii, 205, 2.
Vites pastinantur et repastinantur, 708, 1.
Vitium radicale et principale assidue nobis impugnandum est, 178, 2.
Vitulus S. Lucæ symbolum est 12, 2.
Vivere nos oportet quasi hodie morituros, 520, 1.
Vocabula in Evangelio Latino græca, 164, 1, 2.
Vocari Hebraïs idem est quod esse, 68, 2. vocanti Deo statim obediendum, 232, 2 et seqq.
Vocati a Christo omnia illico relinquant, 133, 1. vocati ad Religionem ne se implicent suorum testamentis, 233, 1. cur vocati ultimo, in gloria futuri æquales, etiam majores, primo vocatis, 441, 1; 444, 1, 2 et seq.
Vocatio Dei ad bonum, est velut stella apparens, 76, 2. eam respuere grave est scelus, 265, 2. vocatio Gentium ab iisdem cœpit in tribus Magis, 78, 1. vocationis Apostolorum ordo, 131, 2 et seqq. vocationis Christi efficacia, 243, 1.
Voluntas bona vel mala, operum aliquorum, ad quæ magis inclinat, bonitate vel malitia se prodit, 212, 2 et seqq. voluntas malum appetens, est mala et vituperabilis, 165, 1. ab ea fit actus malus peccatum, *ibid.* voluntas nostra debet esse conformis voluntati divinæ effective, et in objecto formali, non materiali, 188, 1. et quæ ejus rei ratio, 2. nec item in permissione malorum, *ibid.* sanctitas nostra consistit in conformatione voluntatis cum divina, 189, 2. ex tota voluntate tripliciter Deus diligitur, 483, 2. voluntas Dei duplex est, beneplaciti et signi, 187, 2. hanc signi in oratione Dominica fieri postulamus, *ibid.* voluntas signi duplex est, præcipiens et consulens, 188, 1. qui Dei voluntati obedit, ei quoque ab aliis obeditur, 189, 2. huic angeli promptissime obediunt, *ibid.* cum eam fieri petimus, perfectissime oramus, *ibid.* eam facere signum est boni Christiani, 213, 2. in voluntate sua Christus passionem suam exhorruit, 567, 1. et in qua voluntate, 571, 1, 2. voluntates duas is habuit, non unam divinam, 571, 1. voluntas humana virtute in eo fuit duplex, *ibid.*, 2
Voluptatis via initio lata, paulatim magis magisque arctatur, 210, 1. voluptas carnis est spiritualis paralysis, 241, 1. ejus curatio adaptatur curationi paralytici Evangelici, *ibid.*
Vota tria Religiosorum per tria dona Magorum repræsentantur, 82, 1.
Vox de cœlo delapsa simul dum super Christum columba descendit, 113, 1 et seqq. vox Christi judicis erit velut tonitru, 528, 1, 2. vox Dei Patris in transfiguratione Christi insonuit post discessum Eliæ et Mosis, 389, 1.

W.

Waldenses hæretici docebant Sacerdotes et Episcopos debere esse pauperes, 230, 2.
Wamba, rex Hispaniæ, in morte monasticen professus est, 131, 1.
S. Wenceslaus a matre et fratre proditorie peremptus est, 269, 2.
Wiclefistæ docebant nefas esse jurare, 168, 1. et debere Episcopos esse pauperes, 230, 2.

X.

Ξέστης quod genus vasis, an sextarius, 993, 1.

Y.

Y littera Pythagorica symbolum est salutis et interitus, 210, 2.

Z

Zain littera semper transfertur per Z., 91, 2.
Zabulus dicatur diabolus unde, 272, 1.
Zacharias ille, filius Barachiæ occisus inter templum et altare, quis, 497, 1.
Zacharias, pater Joan. Bapt. ultimus fuit veterum Proph., qua de causa ab Herode infanticida occisus sit, 497, 1, 2.
Zebedæi etymon, 133, 1. filii Zebedæi quare nescierint quid peterent, 448, 2 et seqq. an recte dicant posse se calicem bibere, 450, 1. — *Vide* Jacobus.
Zelotæ urbem et templum cædibus et sanguine civium replevere, 505, 1.
Zelus adversus scelestos non est peccatum, 159, 2.
Zeuxis morose pingebat, quia æternitati pingebat, 81, 2. ejus de sua pictura uvarum judicium, 471, 1.
Zizania quæ vox, et quid sonet, 327, 1. ejus etymon, *ibid.* mystice denotant hæreticos et peccatores, 2; 332, 1.
Zonis (in) olim pecunia gestabatur, 260, 1. zonam pellicem S. Joannes Bapt. ad lumbos gestabat, 98, 2.

INDEX
MATERIARUM MORALIUM

QUÆ HOC COMMENTARII VOLUMINE UBERIUS DEDUCUNTUR

VERBIS EVANGELII PER DOMINICAS, FESTOS DIES ET FERIAS NONNULLAS OCCURRENTIS ACCOMMODATARUM, IN GRATIAM ET USUM CONCIONANTIUM.

Meminerint porro hi, suis Evangelia singula capitibus quærere et consulere, ubi uberiorem et peculiarem eorum explicationem, tam quoad sensum litteralem, quam moralem et allegoricum, reperient; quasdam tamen materias, quæ extra ordinem esse videntur, hoc in indiculo visum fuit coacervare.

DOMINICA I ADVENTUS.

Erunt signa in sole. Rubens vesper signum est serenitatis; mane, tempestatis, 361, 1, 2.
In sole. Sol obscurabitur, et luna non dabit lumen ante sæculi consummationem, 513, 1 et seqq. Eclipsis solis, quæ moriente Christo facta est, multa in se continet miracula, 627, 1.
Et omnes arbores. Arboris et hominis analogiæ, 696, 2. Homo est arbor inversa, 697, 1.
Cœlum et terra transibunt. Quamdiu mundus hic duraturus, et quando consummandus sit, 517, 2 et seqq. Quatenus Christus et angeli norint et ignorent horam et diem consummationis sæculi, 518, 1 et seqq. — *Vide notata Dominica XXIV post Pentecosten.*

DOMINICA II ADVENTUS.

Joannes in vinculis. Quare Joannes hos discipulos suos ad Christum miserit, 281, 1, 2.
Pauperes evangeliz. — *Vide notata in festo omnium Sanctorum, et Indicem Rerum, voce* Paupertas.
Arundinem vento agitatam. Arundo, quin et arena, symbolum est hominis inconstantis, 216, 2; 283, 1. quis sit arundo, *ibid.*
Mollibus vestitum. Molles vestes denotant luxum, et peccati sunt illicium, 284, 1. Vestes asperæ commendantur, mollities earum sugillatur, 96, 1.
Plusquam Prophetam. Ut hoc Christus de Joanne dixit, ita et ipse plusquam Propheta fuit, 289, 2. In quo Joannes plusquam Propheta fuerit, 284, 1, 2. — *Vide indicem Rerum, v.* Joannes.

DOMINICA III ADVENTUS.

Dirigite viam Domini. Idque per fructus dignos pœnitentiæ: porro pœnitentia non tantum est vitæ in melius emendatio, sed et prioris per dolorem detestatio, 63, 1.
Fructus dignos pœnitentiæ. Quæ dicatur digna pœnitentia, 101, 1 et seq. — *Vide Indicem Rerum, v.* Pœnitentia.

FERIA IV QUATUOR TEMPORUM.

Vide notata in festo Annuntiationis, est enim idem Evangelium, et Indicem Rerum, v. Incarnatio. Cur Christi adventus in orbem tali tempore contigerit, quo contigit, 61, 1 et seqq. Incarnationis Dominicæ mysterium diversimode potest considerari, 68, 1.

DOMINICA IV ADVENTUS.

Vox clamantis in deserto. *Elogia plura S. Joannis Baptistæ, vide in Indice Rerum, v.* Joannes Baptista.
Omnis vallis implebitur. Gloriæ fuga est via ad gloriam, 79, 1. Qui se humiliat, exaltabitur, 109, 1. — *Vide notata in Indice Rerum, v.* Humilis, Humilitas, *et Dominica X post Pentecosten.*

IN FESTO NATIVITATIS DOMINI.

Ut profiterentur. Qua occasione Judæi in descriptione censum solverint Romanis, 395, 2.
Bethlehem. Cur in Bethlehem nasci voluerit Christus, causa litteralis et moralis, 78, 2 et seqq.
Peperit filium suum primogenitum. B. Virgo nonnisi unicum filium, Christum videlicet, peperit, 64, 2. — *Vide Indicem Rerum, v.* Christus, B. Maria Virgo.
Cur Christus dicatur filius hominis, 231, 1, 2. ipse item margarita est conceptus e cœlesti rore in purissimo Virginis utero, velut in conchyli, 334, 1.

IN FESTO S. STEPHANI PROTOMARTYRIS

A sanguine Abel. Abel a fratre interfectus, fuit typus Christi a Judæis inique necati, 496, 1.
Quem occid. inter templum et altare. Quis hic Zacharias sit, 497, 1 et seq. — *Vide Indicem Rerum, v.* Zacharias, Martyr.
Sicut gallina congr. Gallinæ proprietates Christo adaptantur, 498, 1 et seqq.
Relinquetur domus vestra deserta. Jerusalem excidium quæ signa præcesserint, 503, 1, 2. — *Vide notata Dominica IX post Pentecosten.*

IN FESTO S. JOANNIS EVANGELISTÆ.

Non moritur. An Joannes vere fuerit martyr, 450, 1. — *Vide notata in festo S. Lucæ, et Indicem Rerum, v.* Joannes.

IN FESTO SS INNOCENTIUM.

Fuge in Ægyptum. Quam ob causam Christum recens natum in Ægyptum fugere oportuerit, 83, 1 et seqq. quid hæc per illum consecuta sit bona. — *Vide Indicem Rerum, v.* Ægyptus, Balsamum.
Occidit omnes pueros. Cur hos Herodes necari jusserit, 85, 2. quot cæsi fuerint pueri, 87, 2. fuerunt hi velut agni paschales et flores Martyrum, 88, 1. Sic pueros mente Christus martyrio donat, 89 Pueri Deum confiteri possunt ore, morte, et ore et morte simul, 466, 2.
A bimatu et infra. Quare hoc tempus præcise sit designatum, 85, 1 et seqq. Quorsum Herodes hoc infanticidium ad biennium distulerit, 86, 1.
De Herodis gestis, immanitate, morte. — *Vide Indicem Rerum, v.* Herodes Ascalonita. Innocentes, Pueri.